

IV. Urkunde über die Belehnung der Habsburger mit den österreichischen Ländern (1282).

Rudolfus, Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis sacri Romani imperii fidelibus praesentes litteras inspecturis in perpetuum. Romani moderator imperii, ab observantia legis solutus, legum civilium nexibus, quia legum conditor non constringitur et tamen legis naturae dominium, quod ubique et in omnibus principatur, necessario profitetur; huius enim legis imperiosa potestas sic regnat potenter, sic in dominii sui potentia exuberat affluenter, sic cunctos arcet et stringit, sic omnes dominii sui iugo laqueat et involvit, ut omnis caro et lingua statutis ipsius pareant et mandatis obedient, profiteantur dominium et imperium recognoscant. Ideoque et nos, licet in excellenti specula regiae dignitatis et super leges et iura simus positi, legis tamen naturae praeceptis et imperio caput nostrum sincere submittimus, et eidem fidelitatis debitum exsolvere cupientes, notum fieri volumus tam praesentis temporis quam futurae posteritatis imperii Romani fidelibus, quod inter multa liberalitatis immensae beneficia, quibus a sublimationis nostra primordio plerosque fideles imperii praevenimus, ad instinctum, imo potius imperium et praeceptum, eiusdem legis naturae circa magnificentiam status prolis nostra et sublimationem ipsius studia nostra convertimus ac de libero et expresso consensu imperii principum ius in electione regis Romani ex longa consuetudine tenentium principatus sive ducatus Austriae, Styriae, Carniolae et Marchiae cum universis suis honoribus, iuribus, libertatibus et pertinentiis, sicut eos clarae memoriae Leopoldus et Fridericus, duces Austriae et Styriae, tenuerunt ac possederunt, et aliis, quae in terris eisdem quondam Otocharus, rex Boemiae, quounque legitimo titulo conquisierat, illustribus Alberto et Rudolfo, filiis nostris carissimis, apud Augustam sollempniter cum vexillis et sollempnitate debita concessimus in feodium ac principum imperii numero, consortio et collegio aggreditantes eosdem et ipsis ius principum concedentes ab eis pro principibus memoratis fidelitatis et homagii receperimus iuramentum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostra concessionis gratiam infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire; quod qui facere praeumpserset, gravem nostra maiestatis offensam se noverit

GEI